

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 193

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 461.

Cod. CXCIII. n. 1-3.

461.

Cod. CXCIII.

Chartae. Fol. loc. 13.

2
3.6.Sermones
festivales:

101a-100a

1.
Sermones festivales; exceptis festis Domini, quorum primus in festo S. Andreae incipit: "Corde creditur ad salutem ore &c. Magister Sententiarum in 3 li. distinct: 23".

Summa in Summa
Raymundi

101a-114a

2.
Summa in Summa Raymundi, cuius initium est: "Circa Summam Raymundi sit prima questio ista. Utrum Sacramenta sint septem in numero". Cuius sit haec Summa, an Joannis de Triburgo Manuale col- lectum ex sua Summa confessorum, an alterius opus, nondum definire possum.

Thomae de Hibernia
liber de tribus
punctis Christianae
religionis

120b-128b

3.
Thomae de Hibernia liber de tribus punctis Christianae religionis. Incipit ab- que titulo in hunc modum: "Religio munda et immaculata aput Deum hec est | visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum &c. Volens religionem aliquam intrare et eam observare tria debet considerare". Ad ejus calcem legitur: "Hi sunt puncti religionis hanc collecti per magistrum Thomam Hibernicum anno domini M^oCCC^oXV^o."

462.

Cod. CXCIII. n. 3.

Quod si quis vellet extendere posset in tres
 lineas. Brevis superficies constituitur quia punctus
 fluitans facit lineam et linea fluens fa-
 cit superficiem secundum philosophum
 Sed collector uti voluit consilio eiusdem
 dicentis in

Cuiusmodi precipies esto brevis aut cito dicta
 Participant animi dociles teneantur fideles
 Omne supervacuum plene de corpore manat.
 Doctrina vero duobus modis animo fastidium
 ingerere solet videlicet qualitate si obcu-
 rior fuerit et quantitate si prolixior ex-
 titerit in quo utroque magno moderami-
 ne uti oportet Ne quodam refecionem que-
 ritum est sanatur ad suffocationem Ideo
 huius collectionis auctor inter scillam et
 Caribdim volens navigare opusculum non ni-
 mis obcurum nec nimis prolixum compi-
 lare decrevit etc. Hanc operis clausulam
 exscribere libuit, quia multo est integri-
 or illa, quam exhibet Quetif Script. Ord.
 Predic. T. I. pag. 745. De authore dictum
 est in Cod. CXXI. n. 1.

Nota: Eiusdem initii opusculum, quod
 inscribitur: Ordinarium vite religiose
 S. Bonaventurae adscribitur in Pedro,
 mo ad opp. illius lib. 8. part. 4. cap. 2.
 § 12. col. 742.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 193

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 463.

Cod. CXIII. n. 4. 5.

463.

4

Comentarius
in librum IV
Sententiarum.

131a-186a

Commentarius in librum IV. Sententiarum. Proemii initium est: Nota quod sacra-
mentum multipliciter definitur. Si Com-
mentarius autem ipse incipit: Postquam
magister in tribus primis libris tracta-
vit tam de rebus fructibus quam utili-
bus in isto libro vult tractare de rebus sa-
lubribus per que fit vulnerati sanatio.
De autore hucusque nil mihi constat.

5

Magnini Regi-
men Sanitatis.

191a-260a

Magnini Regimen Sanitatis. Rubrica for-
tit inscripta est: Incipit Regimen Magnini.
Initium autem prologi, in quo opus huius
Andree de Florentia Attrebatensi Quirino
dedicat, sequens: Inprimis Deum testor, cuius
nomen sit benedictum. Capitulum primum,
quod Regimen sanitatis sit necessarium,
incipit: Quod regimen sanitatis sit neces-
sarium duplici via investigare convenit.
Totum opus quinque partibus absolvitur,
pars ultima novem capitulis, quorum sex
posteriora in codice nostro desiderantur.

Fuit Magninus Mediolanensis Medicus
famosissimus, qui vivit a. 9300. Sunt qui
Magninum confundunt cum Arnaldo de
Villa nova; sed perperam id fieri sentit Arge-
loti in Bibl. Medic. T. II. col. 830. Vide etiam
Margeti Bibl. medic. voce Magnini. Berlin.
in Linden: reav. pag. 470.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 193

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 464.

464.

Cod. CXCIV. n. 1.

Aspen Codicis anteriori inscriptum legitur
sequens mandatum:

Christani de
Pachatitz mag.
datum.

"Christanus de Pachatitz Magister in artibus
Rector Universitatis Studii Pragensis"
Mandat omnibus membris et supportis eius,
idem Universitatis quatenus nullas ipsorum
diurno serotino aut nocturno tempore lapidibus
proiciat super tecta et fastidas carnificum
que diebus forensibus in foro comandi stare
solent / neque super alias in pitis et tecta
quecunque sub pena excommunicationis et pe-
na prestiti juramenti ac pena non intromit-
tendi pro eisdem si aliquid contrarii alicui
acciderit ex proiectione huiusmodi. Datum
Rectoratus sub sigillo.

De Christano de Pachatitz celebri Astro-
nomo, Rectore, ac Alebano Pragensi, qui aō
1438 vita excessit, legatus Bohus. Salbini Co-
hemia doctus, edit. Naph. Ungar, Part 2 p. 187
et seqq.

Cod. CXCIV.
Chartac: Fol. Ser. 14.

2
27.

S. Biblia N. T.

1a-135a

Sacra Biblia N. T. secundum versionem S.
Hieronymi unacum prologis ejusdem. Totum
fere presertim evangelium S. Joannis notis il-
lustratum est. In fine legitur: Anno domi-
ni M° CC° Nonagesimo scriptus est liber iste
a fratre Andrea professo monasterii Novimontis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 193

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27530

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)